

tractatum de redditibus q. 2. monito 20. Et q. 3. monito 24. ubi ait posse restituere, & quamvis non explicet teneri, id tamen videtur innuere, ex utraque doctrina id colligitur; nam tenetur restituere eo modo quo potest, ut si ad aliquid negotia mittat, detrachendo sibi aliqua, quae honeste expendere possit, aufereudo sibi partem cibi, aut vini, quae ipsi, ut alius fuit propinqua. Nec obstat (ait n. o.) monachus teneri reddere communitati omnia, quae ex vestibus, cibis, & aliis necessariis eis datus fuerint, juxta suorum ordinum statuta, quia ea intelligi debent quoad effectum non distribuendi in alios usus, vel non dandi aliis, non tamen quoad effectum, ut ea detrachere sibi nequeant in utilitatem monasterii pro sua conscientiae exemptione. Atque hoc potestatem tradit etiam Molina tom. 1. de just. dist. 140. col. 11. verb. potius distinguendum, ubi ait monachum surantem ab extraneo, teneri restituere ex eo quod habet ex licentia Praelati suae liberae dispositioni restitutum, id autem, quod ajunt praedicti DD. teneri inducere accipientem, ut restituat monasterio, intelligo verum, quando est ipse proficiendi, atque id potest religiosus absque sua fama nota, & absque alio gravi detrimento. Nec obstat, quod tradunt Rosella verb. monachus n. 7. Et ibi Armilla n. 12. Tabiena n. 11. q. 10. Syl. verb. religio 8. q. 3. ubi dicunt monachum hunc non teneri restituere, eo, quod careat bonis: nam fatentur ipsi obligationem, exculant autem eo quod non habeat, quo satisfaciat. Quare ipsum non exculant habentem praedicto modo peculium, quo restituit. Si autem bona eis sint peculia sui, vel quae habeat ex licentia superioris liberae suae dispositioni restituta ad usus licitos, & male expendit, sic distinguendum est. Si monasterium non solum, eo, quod religiosus ille se expendit, plus ex bonis monasterii, ratione illius peculii male expendit, aut id committendum erat in res, in quas monasterium erat successurum, tenetur id damnum monasterio restituere: si vero non est laicum monasterium, quia ea bona esse omnino consumpturus ille religiosus, & ideo minus consumptus, non tenetur restituere monasterio, tum quia totum damnum solvi ejus religiosus illatum est, tum etiam, quod accipiens satisfaciat restituendo ipsimet monacho, ut juxta licentiam, quam habet, bene expendat, ut diximus n. 109. Cum ergo ipse sui expendendi habeat, nullum detrimentum intulit monasterio, & sic non tenetur religiosus illi restituere, si autem extraneo religiosus damnum intulerit ex bonis, quae ratione ipsius acquirit, habet infra.

113. Quod si petas, an possit Praelatus impedire, ne ex eo peculio restituat damnum illatum extraneo. Navarrus comment. 2. de regulis. tenet clarè non posse impedire, quia ait monachum teneri id damnum restituere, quatenus id peculium sumpsit, praeterquam si religiosus ille extra monasterium ex licentia Praelatis habet, cum facultate convertendi quaesita in suos usus. Sed non placet, quia cum id peculium sit monasterii, non cogitur illud expendere in solutionem damni per monachum illatum, & eatenus tenetur monachus illi satisfacere, quatenus libera eius administratio per Praelatum concessa est. Cum ergo Praelatus non tenetur eam concedere, & concessam posse auferre, poterit similiter impedire, ne ex peculio monacho dato ipse satisfaciat. Nec obstat, quandoque id peculium ita concessum esse, ut monasterio non acquiratur, & id deperdat, sed in illud intromittens: quia hoc non obstante fructus ex illo perceptos potest monasterium auferre monacho; nec etiam ex fructibus illis, aut percipiendis, potest aliquid disponere, nisi ex Praelati licentia.

114. Utrum autem debeat aliquid monasterio satisfaciat, debitor liberebit, si in religione profectus? Affirmant aliqui per text. 1. ff. de capitulis dimissionibus, ubi: carerunt sine assensu civitatis, sive libertatis contingat capitis diminutio, cessabit hoc edictum, neque possunt ibi veniens conveniri, juxta doctrina Baldi ibi, statim in principio, ubi haec ait. Nota argumentum de ingresso monasterium, qui erat debitor monasterii, nam videtur quod ingressu confunditur actio. Atque ita docent Marcus Antonius l. 2. §. aliquis est debitor n. 1. Et 2. Baeza de inope debitor e. 1. n. 67. Limitant, si ingrediens non sit solvendo. Ceterum exillimo hoc esse verum, quando ratio- nem hujus religiosi bona aliqua comparavit monasterium sive ante, sive post professionem, hereditate, donatione, vel industria, aut opera acquisita, si debito solvendo sufficientia, quia, ut dicemus humilimodum bona non cedunt monasterio, donec monachus creditoribus satisfaciat. Quare sicut illis satisfaciendum esset aliis creditoribus, ita quoque solum tenetur monasterio illa capienti. Si autem nulla bona obtinere monasterio, vel non sufficientia, non video cur monachus ille non tenetur satisfacere monasterio eo modo, quomodo n. 12. explicuimus, cum oblato personae per professionem facta nil proficiat conferat ad satisfaciendum pecuniarie debito, cum nec ex tantummodo quid spirituale sit pretio assimilabilis, gratique facti ob Dei amorem. Non poterit tamen religiosus hic conveniri pro eo debito tantum civitatem mortuus, sicut nec capite diminutus, & hoc est quod decidit ea l. 2.

115. Ultima conclusio. Religiosus non adhibens eam diligentiam in rebus sibi permixtis conservandis, quam homines communitate adhibere solent, sed culpa sua lata res illa deterioratur, aut perditur, peccat in votum paupertatis. Ratio est, quia hoc est proprium domini posse rem illam

consumere, ac deteriorare pro libito suo facere. Praeterea, quia religiosus solum facti usum habet in rebus sibi concessis, id est, ius utendi in suam utilitatem. Ergo inutiliter rem consumens peccat in paupertatis votum, Sic Leonard. l. 2. de iust. c. 1. dub. 9. c. 79. vers. 10. ubi bene addit, non videri hoc ita leve interpetrandum in religio, ut hieteneatur ex culpa levi, quando rem in suam utilitatem recepit, nempe non adhibens diligentiam, quam homines diligentes solent adhibere, sicut tenetur commodatarius in suam utilitatem rem commodato recipiens, juxta c. unie. de commo. dato, & l. in rebus vestit. hoc inque ff. commodati. Quando autem interfuit ea culpa lata, an tenetur restituere, dicendum est, licet diximus num. praeced. de religioso, alienante absque debita licentia, quia eadem est ratio.

CAPUT XX.

An vitium proprietatis in religioso, quo aliquid absque superioris licentia usurpat, aut alienat, sit semper culpa lethalis, & duplex culpa sacrilegii, & furti, ac quibus poenis subjaceat.

SUMMARY.

An vitium proprietatis in quantumque levi quantitate sit mortale. Refertur quaedam sententia, num. 1. Explicatur sententia, num. 2. Quando sit peccatum quantum, & in commensurabilibus excessibus committitur, num. 3. An casum quantum ad mortale sufficit, satis quoque sit, ut peccatum quantum sufficit censetur reservatum, num. 4. An sufficit quantitas, quae potest non sufficit ad mortale, sed sufficit ratione circumstantiarum, aut damni facti, & quod id contra, quando et se sufficit ad mortale, & non sufficit ratione divitiarum persone, num. 5. Quod quando non habet quantitas sufficiens ad mortale, ut servatur ad solum usum temperantiae, num. 6. An semper peccatum proprietatis in religioso habeat malitiam duplicem, nempe furti, & sacrilegii, num. 7. An possit esse peccatum proprietatis in religioso absque furto, & num. 8. An possit duplici titulo committere utraque circumstantia, necessario explicanda in confessione, num. 9. An possit esse solum peccatum furti in religioso, num. 10. An religiosus inveniens eum proprio, sit in sterquilino cum peccato illa speculanda, & sequens in loco sacro, sit exhumanus, num. 11. An sit ad monasterium expellendus, num. 12. An careat voce activa, & passiva, num. 13. An sit excommunicatus, num. 14.

Triplex difficultas peritur. Prima est, qua quantitas requiritur, ut ea sine licentia superioris usurpata ad peccatum lethale deveniat. Secunda est, an ad duas peccatorum species, scilicet, & sacrilegii, simile peccatum pertineat. Tertia denique, quibusnam poenis subjaceat delinquens. Et quidem de prima valde rigidè loquuti sunt nonnulli, existimantes minime posse crimen hoc ex materiae parvitate esse veniale, quod fit contra votum maxime conducens ad libertatem religionis conservationem. Illi sunt Corson 2. p. in responsis ad quasdam quaestiones sibi propositas. q. 1. penult. alfab. 34. lit. s. explicans esse mortale, licet solum, aut etiam absque expressa, aut tacita superioris licentia, religiosus accipiat. D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 11. notat, 2. Passar. super privilegia Minimorum p. 1. c. 43. tit. de proprijs. ad obsequia vest. verum quando, Vitalius candelabum sacramento, n. 1. c. 1. n. 68. 2. Ceterum verissima sententia est, posse hoc crimen 3. quod ex suo genere gravissimum mortale est adversus paupertatis votum, reddi veniale ex materiae parvitate, quippe sive illud consideremus, quatenus furtum est, eo quod res aliena usurpatur absque domini licentia, sive quatenus sacrilegium est contra votum paupertatis, datur materiae parvitas, culpa lethalis liberans; ea enim & in furto, & in voti transgressione datur. Atque ideo hanc partem sustinent Majoria l. d. 38. q. 9. conclus. 5. Navarr. lib. 3. consil. in 1. editione tit. de regularibus consil. 75. num. 18. in 2. tit. de statu monachorum consil. 3. num. 18. Corduba summa 9. 109. Medina 2. in suis quaestibus q. 8. concl. ult. vidualibus sacramento, c. 1. p. c. 14. num. 84. Ludovius Lopez 1. p. infrat. consilium c. 156. concl. 5. Grassi 1. p. decis. l. 3. c. 5. num. 49. Mannell 99. reg. tom. 3. q. 29. art. 10. concl. 8. Azor. tom. 1. p. infrat. moral. lib. 12. c. 12. q. 6. Rebellen tractatum de justitia p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 3. n. 22.

3. Sed rursus difficultas est, qua dicatur parva quantitas excusans a mortali. Quia in re communitis, & verissima sententia est, eam quantitate necessariam esse, & sufficere, quae necessaria est, & sufficit in hominibus secularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti. Quia hoc proprietatis peccatum se habet instar furti. Sicat enim in furto res usurpatur invito domino, ita in peccato proprietatis res usurpatur invito superiore, cui per votum paupertatis omnes suas actiones quoad recipiendum, retinendum, aut distribuendum aliquid pecunia

pecunia estimabile religiosus subicit. Atque ita docet Navarr. Corduba, Grassi, Rebellen, Manual, Azor. n. praeced. allegati, & id videtur supponere Medina l. 1. summa c. 10. in fin. ait enim reservante superiore peccatum proprietatis usurpantis duos argentes, non censeri reservatum minoris quantitatis, & sic cum supponat posse reservari, videtur supponere esse mortale. Et Pater N. Generalis Claudius Aquaviva justit. re cum peccatis consultata, ita obervandum in Societate JESU. Dicunt autem Navarr. n. 19. & Corduba sufficere unum argenteum, ut si culpa lethalis, quia idem censent in furto: at Ludov. Lopez censet esse parvam quantitatem unum argenteum, & Mendoza adhuc censet esse parvam duplicem argenteum; & Rebellen numero praecedenti allegatus censet quantitate hanc pensandam esse juxta quantitate peccati ad furtum mortale filiorum, quia non sunt Praelati credendi magis inviti quoad rem etiam acceptam ad religiosus, sed quoad solum modum, quam parentes exarales circa filios suos, cum non minis, sed magis subditi diligere debeant. Et ita non debent censeri inviti quoad rem acceptam ejusdem quantitatis, in qua pater carnalis honestae conditionis invitus non censetur. Item, quia religiosus sui habet, ut ex eis bonis alantur ad monasterio, sicut filii ex parentum bonis. Fatentur tamen esse mortale, si tres, aut quatuor argentes fuerint. At neutrum credo. Non prius, quia filii non sunt voto paupertatis adstricti, nec eorum statum dedecet aliqua possidere, & sunt necessarii bonorum parentum haereditas, & ideo jure optimo praesumitur parentes non esse adeo invitos quoad rem acceptam; & ideo melius alii DD. absolute tradiderunt, quantitate peccati ad mortale in materia furti sufficere ad violandum paupertatis votum, in commensurabilibus autem id placet, ut explicabo cap. sequenti n. 22. Non etiam placet potestatis, quia, ut suo loco latius dicemus, jam hodie communior sententia est, exigi in Hispania furtum quadruplicis argentei ad mortale. Atque idem dicendum est ad mortale religiosi proprietatem.

4. Absque fundamento autem addidit Corduba ibidem, quamvis quantitas unius argentei satis sit proprietatem mortalem contra votum constituendam, non tamen satis esse, ut censetur peccatum superiori reservatum, quando transgressio voti paupertatis reservatur. Quia ad eam reservationem, sicuti in ceteris casibus reservatis contingit, id solum exigitur, ut peccatum mortale sit, sicut quando reservatur incestus, furtum, &c. Atque ita dixit Clemens VIII. in pro proprio de casuum reservatione pro regularibus, casu 4. numerans inter peccata, quae ad superiori religiosorum reservari possunt, violationem voti paupertatis, quae fit mortaliter.

5. Sunt tamen circa quantitate hanc duo maxime observanda. Prus est, dum dicimus eam quantitate exigi, & sufficere ad mortale proprietatem contra votum, quae fat est ad furtum mortale in secularibus, intelligi de materia sufficienti esse se ad furtum, seclusis personae, adversus quam committitur, circumstantiis. Verbi gratia, furari a eum a furtore; est quandoque lethale, occasione damni exstantis operatum latoris, & ab homine paupere multo minorem quantitate, quam a divite, & respectu Principis exigitur major quantitas, ad id casu furtum, aut tunc parvae ad pauperem, quod committitur a religioso esset in genere furti peccatum mortale, non esset mortale in genere proprietatis contra votum admixte, & sic reservato proprietatis peccato, non censetur hoc reservatum. Et e contra in genere furti, si exempli causa, esset veniale a Rege furari octo argenteos, et in genere peccati proprietatis esset mortale. Quippe furti malitia consurgit ex damno illato proximo, ac proinde quandoque major, quandoque minor quantitas constituit illud mortale, ad peccatum proprietatis solum voti transgressionem respicit, qua invito superiore aliquid sibi religiosus appropriat; & ideo, nec augetur, nec minuitur quantitas haec petita ad mortale ex magno, aut parvo damno illato, cum in utroque eventu aequè actus dominii exercetur, approprando sibi aliquid absque superioris voluntate. Quamobrem dicendum est exigi, & sufficere eam quantitate, quae communitur seclusis in personis circumstantiis satis esset ad mortale, quam diximus in Hispania esse quatuor argenteorum. Pro qua etiam doctrina facit, quod communitur DD. notentur tradunt tractantes de furto, qui dicunt excommunicationem latam in furantes, eos solos ligare, qui furtum ex se lethale admiserit, ac excusant illi, quod ratione solius personae est tale, ut acus a furtore.

6. Potestatem est, non semper quantitate in se notabilem absque licentia acceptam satis esse ad mortale proprietatis peccatum. Quia res magis valoris potest ad solum brevissimum temporis usum modici valoris usurpari, reddenda statim: & ideo erit sola culpa venialis in votum.

7. Secunda difficultas est, an peccatum proprietatis in religioso habeat duplicem malitiam, alteram furti, & alteram sacrilegii? Brevis responderetur, communitur utraque malitia eum proprietatem vestiri: nam si religiosus usurpat aliquid de bonis monasterii, & tribuat alteri absque expressa, aut tacita licentia, manifeste est furtum, quia contra domini voluntatem, qui est monasterium, res usurpatur, & proprietatis, quia absque superioris licentia, ut bene tradunt Corduba summa, q. 109. Nav. l. 3. de restit. cap. 1. p. 3. Summa Th. Sanchez. Pars III.

in nova edit. dub. 3. n. 182. Sayro in clavi regia l. 9. n. 21. Atque idem event, est religiosus rem sic usurpata non alienet, sed sibi retineat, quippe id invito domino, & absque superioris licentia efficit: & utraque eadem malitia reperitur, si secularis concedat religioso eam rem quoad proprietatem, vel quoad usum, quod eo ipso ea proprietatis, & usus acquiratur monasterio, & ideo invito domino, & absque licentia ea usurper religiosus.

8. Dixi autem regulariter ita contingere, quia potest esse solum proprietatis peccatum in religioso, ut si secularis det illi aliquid ea lege, ne monasterio acquiratur, est proprietatis, eo quod absque superioris licentia illam accipiat, non autem furtum, quia ex voluntate domini accipit: nec refert monasterium esse invitum, eo quod nihil illi quaesitum sit. Similiter contingit reperiri solum proprietatis malitiam, quando religioso datur aliquid a vero domino, cuius acquiruntur anni redditus, est proprietatis, sed non furtum, quod ex voluntate domini accipit, nec monasterio aliquid acquiruntum sit, utpote quod incaxac acquirendi est, ut ejus contradictio efficiat eam incaxac acquirendi est.

9. Similiter poterit contingere exceptionem esse furtum, utramque circumstantiam, ac necessariam respectu confessione, ut si quis ex rebis conventus, vel secularis etiam ejus licentia interveniente, dummodo non apponit conditionem, ne acquiratur monasterio, & monasterium sit capax acquirendi, aliquid absque superioris licentia accipiat, & absque eadem id distribuatur, erit duplex malitia furti, duplex etiam malitia proprietatis. Prior in acceptione, ut explicuimus num. 8. posterior autem in distributione, cum iterum haec absque superioris licentia, & invito domino fiat. Sicut qui voto religionis strictus ducit uxorem, & consummat, peccat bis, scilicet, semel ducendo, & semel postea prima vice consummando. Si autem conditio addit, ne acquiratur res monasterio, concurrerit duplex proprietatis peccatum, alterum in acceptione absque licentia, & alterum in distributione, nisi dominus dederit, ut distribuatur. At in neutro casu erit furtum, si secularis illius in utroque voluntas concurrat, in eo autem; in quo non concurrerit, erit furtum: si vero monasterium sit incaxac illius acquisitionis, erit in utroque peccatum proprietatis, non autem furti in acceptione, quia eam voluntate domini; nec in distributione respectu monasterii, utpote quod dominus non erat, nec respectu domini, qui est secularis, si ex ejus voluntate fiat, secus si contra ejus voluntatem, quia ipsi res illa reddenda erat, eo quod etiam monasterium, & ipse religiosus incapaces acquirendi erant.

10. Tandem potest etiam contingere, ut sit peccatum solum furti in religioso, ut quando aliquid furatur, non sibi retinendum, aut habita superioris licentia ad furandum, ut explicuimus supra. Et similiter, si rem alienam non sibi usurpet, sed perdat, ut segetes alienas comburendo, erit furtum, non tamen proprietatis, cum nil sibi usurpet.

11. Ultima difficultas est, quibus poenis subjaceat religiosus proprietatis. Triplex est poena. Prima religiosus proprium habens tempore mortis inventus, nec illud abiecit, ea poena plectitur, ut non in loco sacro sepeliatur, cum pecunia per eum possedit, sepeliendus est, e. cum ad monasterium, eodem tit. quominus in loco sacro sepeliatur, est extrahendus, si absque magno scandalo id fieri potest, cap. super quodam, eodem tit. Quamvis autem attentius tera rigore e. cum ad monasterium, & exemplo D. Gregorii, quod ille textus assert, fit tota pecunia cum eo sepelienda, ut optime advertunt Cardinalis eo. cap. cum ad monasterium, §. prohibemus, n. 1. notat. 2. & Grassi 2. parte dec. lib. 3. c. 19. n. 5. at aequitas solum pecuniam partem sepeliendum suadet, ne pecunia sepeliri debere tradunt Joannes Andreas eo. cap. cum ad monasterium, num. 4. & ibi Hostiensis, num. 7. Ancharanus, n. 10. notat. 5. Abbas, n. 15. Gregorius Lopez l. 14. gl. 3. tit. 7. p. 1. Hanc autem quantitate dicunt Joannes Andreas, Hostiensis, Ancharanus Gregor. Lopez, debere esse triginta nummos, quod totidem Christus Servator nosse, ac Joseph venundati sint. Sed nullum hujus quantitatis fondum fundamentum invenio, & ideo illam non esse necessariam existimo, sed satis esse aliquam illius pecuniae partem cum eo sepeliiri in figuram perdicionis, & aliorum terrorum. Quod sic absolute ibidem eodem n. 15. docuit, nec determinatae aliquis quantitatis meminit. Et haec poena non incurritur a dantibus sine licentia superioris, sed a possidentibus proprium, quia de hac clare loquitur textus, & dicemus in simili, n. 14. in fine.

12. Secunda poena est, ut monachus habens proprium a monasterio expellatur. Sic habetur eodem cap. cum ad monasterium. Ad optime advertit ibi Abbas, n. 3. eam expulsi- onem correctam esse per cap. fin. de regular. quod expulsi- onem interdicit, jubetque eum religiosum alias expellendum dep- utandum in monasterii ergastulo, quod penitentiam agat.

13. Tertia poena est, ut si religiosus proprium habens deprehensus fuerit, aut convictus, privatus sit biennio voce activa, & passiva, atque juxta illi ordinis constitutio- nes puniendus: Habetur in Trid. sessione 25. cap. 2. de regularibus, in fin. quae poena aetere sententiam Judicis po- X 2

fulat, ut ea verba, tenore depressus, aut convulsus fuerit, denotant. Nec haec poena incurritur a dantibus aliquid ab- lque superioris licentia, quamvis hi peccent in paupertas- tis votum, sed a retinentibus, ut bene docet Valacios 4. diff. 38. disputatio 1. ad fin. in solutione ad 9. quia Triden- tinum de solis habitibus proprie loquitur.

14. Alia poena a quibusdam additur, nempe, ut ille- religiosus sit excommunicatus. Sic Spiro speculo testam. gl. 12. principali, n. 15. ac pro se refert Felinum cap. cum M. num. 26. de consuet. Et Ludovicum Gomez tractat. breuium num. 18. Sed neuter id dicit. Eisdem sententiae est Turricrem. cap. non de atis, art. 3. num. 6. vers. 12. qu. 1. Duciturque, quod bona sua aliis non communicans indignus sit aliorum com- munionem. Sed haec poena prorsus displicet, quod excommuni- catio, & alia poena inflegendae non sint ultra casus in iure expressos. Talis autem excommunicatio in iure non extat.

CAPUT XXI.

Qualiter peccet religiosus paulatim modica ali- qua accipiens, aut expendens abique superio- ris licentia.

SUMMARIUM.

Quae quaestiones disputandae sint, num. 1. An sit furum morale, ac ad restitutionem sub mortali obligans, quando quis paulatim ab eodem furatur minima, quando sint animus multiplicandi furta? num. 2. An peccet mortaliter retinendo, seu non restituendo, quando in sin- gulis furis non habeat animum complendi furandi, ac accessit iam ea furta ad notabilem quantitatem? num. 3. Quid quando ultimum furum minimum completens nota- bilem quantitatem, nec habeat animum in singulis furis furandi amplius, an peccet mortaliter in eo ultimo rei minima furto? Refertur quadam sententia, num. 5. Refertur sententia auctoris, num. 6. Quid si post illud minimum furum completens notabilem quantita- tem fuerit aliud minimum? num. 7. An teneatur hic sub mortali totam quantitatem restituere, an potius culpam mortalem evitet, restituendo id minimum, quo notabilis quantitas completitur? Refertur quadam sententia, num. 8. Explicatur sententia auctoris, num. 9. Quid si furta sint valde interpolata, an exigatur maior quanti- tas, et continentur? num. 10. Post num. 10. invenies alia summaria.

Solutio huius quaestionis necessario petit praemitti que- sitionem difficillimam de furis minimorum, & ideo quatuor quaestiones disputandae sunt. Prima est, quando quis- iam ab eodem furatur paulatim minima, an peccet mor- taliter, & teneatur restituere? Secunda, quando idem fu- ratur haec minima a diversis. Tertia, quando plures furan- tur ab eodem tamen singulis parvam quantitatem, ubi etiam quando comprehendantur sub excommunicatione in furan- tes lata. Ultima, quid de religiosis sic minima recipientibus, vel expendentibus, vel usurpantibus, ex monasterii bonis, vel aliunde abique superioris licentia.

2. Quaestio prima. An peccet mortaliter ratione iniustae accptionis, qui per reum minimorum furum ab eodem domino repetitur accedit ad notabilem quantitatem, & teneatur sub mortali restituere? Verbi gratia, esto quinque argentei sint summa confectionis mortale furta peccatum, quis furatus est quatuor sine intentione amplius furandi, postea vero furatus est unum, quo furto accessit ad quan- titatem requisitam ad mortale, dubitatur, an hoc ultimum furum sit mortale, oblique sub mortali restituere. Qua in re nemo dubitat singulas accptiones fuisse mortales, quando in illis adfuit animus multiplicandi furta usque ad notabilem quantitatem, quippe illa prava intentio mor- talis est.

3. Secundo etiam est certum, hunc etiam non habuerit animum in singulis furis furandi amplius, teneri sub mor- tali restituere, quando pervenit ad notabilem quantitatem, atque ita peccare mortaliter retinendo totam illam quan- titatem, vel habendo animum non restituendi, cum op- portunitas fuerit, & ita docent universi auctores citandi. Quare minus bene Emmanuel Sa summa verb. furum, nu. 8. ait quoddam probabiliter existimare non teneri sub mor- tali restituere, qui ab eodem minima furatur, est perve- nit ad magnam quantitatem; quippe neminem inveniri id censentem praeter Navarrum libro 3. vers. in 1. editione tit. de regularibus, consil. 75. numero 27. in 2. tit. de statu mona- chorum, consil. 3. numero 27. in ratione 2. ubi expressit ait nullum teneri sub mortali restituere aliquid illorum, quae solum venialiter peccando furum fuerit. Cum tamen ibi sentiant omnia rerum minimarum furta esse venialia, quam- vis multiplicata constituant notabilem quantitatem; sed in summa capitul. 17. Hispan. numer. 140. Latin. numer. 139. expressit dicit, retentionem esse peccatum lethale. Nec id primum probabile est, sed alienum prorsus a veritate; nam velle retinere furum notabilis quantitatis est manifestum

lethale peccatum, & nihil prorsus refert, si unica vice, si pluribus summa illa furto capiat, cum in utroque eventu notabilis quantitas usurpetur, dampnumque notabi- le proximo inferatur.

4. Tertio certum est, eam ultimam accptionem non esse mortalem, quando furans non habeat animum ampli- us furandi, nec aderit ad furta praecedentia, quae com- miterat, sed illorum immemor casu hoc ultimum admisit, quia tunc videtur se habere ad praeterita sua minimorum furta, sicut quando multi furantur minima ex aliena vinea, singuli ignari aliorum furorum, in quo casu est certum, ut dicemus, nullum peccare lethaler. Ad cum meminerit se notabilem quantitatem usurpasse, tenebitur sub mortali restituere: quod efficit ignorantia mortali culpa liberans.

5. Pundus autem difficultatis est peritine, quando me- mor praeteritorum furorum rei minima, furatur rem quo- que parvam, qua novit compleri notabilem quantitatem, an peccet lethaler, dum id ultimum rei parvae furum perpetrat, quamvis nunquam in furis illis minimis ha- buerit animum amplius furandi. Quia in eo duplex est sen- tentia. Prior iustinet non esse mortale. Ducitur primo, quia obiectum ultimi furti non est tota summa ad morta- le petita: illa enim ultima accptio sola est totum obje- ctum hic & nunc, reliqua vero iam praeterierunt. Cum ergo illa summa non sufficiat per se ad mortale, ultimum furum non erit mortale. Secundo, quia ex peccatis venia- libus quantumcumque multiplicatis non confurgit mortale. Cum ergo ea omnia furta levia sint, & venialia, non con- furgit ex illorum multiplicatione culpa lethalis. Tandem, quia in personalibus, & odiosis non sit coactio summa- rum, ut multa modica efficiant unum sufficiens ad poenam, ut docent Jason l. si idem cum eodem n. 3. & A. ff. de iuris. omni. iudic. & ibi Denis n. 1. & 15. Claudius n. 1. & 2. Farinacius consil. 73. n. 3. vol. 1. Et constituitur culpa lethalem, est fa- ctis penale, & odiosum; & ideo haec sententiam teneatur Nav. summa cap. 17. latip. n. 139. Hispan. n. 140. & lib. 3. consil. in 1. editione tit. de regul. consil. 75. n. 27. in 2. tit. de statu monachorum consil. 3. n. 27. Vega l. 14. in Conf. Trid. cap. 11. in fin. Grassi l. parte decil. lib. 3. cap. 5. n. 51. & l. 2. cap. 93. num. 18. Carbon de restit. quest. 2. fo. Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 2. dub. 8. an. 45.

6. Pollerior sententia (cui tamquam longe probabiliori accedo) iustinet peccare mortaliter in illa ultima accptione quantumvis rei minima, qua advertitur ad notabilem furti quantitatem pervenire. Ducitur primo, quia ea ultima accptione posita, ponitur notabile proximi damnum, & ea ablati cessat. At quicumque licens ex actu suo levi sub- sequi notabile proximi damnum, peccat mortaliter eum adum faciendo: ergo eo ultimo furto peccat lethaler. Secundo, quia retinere, & adu usurpare, idem peccatum est: ergo si retinere est mortale, ut fatetur contrarii, erit eadem culpa usurpare. Et confirmatur, quod ideo re- tineri sit mortale, quia ea parva summa cum praecedenti- bus conjuncta efficit rei notabilis retentionem: sed simili- ter conjuncta cum praecedentibus efficit rei notabilis usur- pationem: ergo similiter ea usurpatio erit mortalis. Tercio, quia parvae quantitates in materia furis in unam coale- scunt probativum l. 1. huius tract. cap. 4. num. 10. Tandem non obstant in contrarium adducta num. praecedenti. Non pri- mum, quia est obiectum ultimae accptionis sit tota illa parva summa, est tamen materia sufficiens ad mortale, & a. de sumpta, sed in quantum suppositis praeco- cedentibus minimorum furis, inferre notabile damnum pro- ximo. Nec obstat etiam secundum, quia non dicimus ex pluribus venialibus constare peccatum mortale, sed id ultimum furum esse mortale, quia suppositis praecedentibus inferre notabile damnum. Nec etiam obstat ultimum, quia ea doctrina est tantum vera quoad poenam ordinariam in foro externo imponendam furto, quod levius hoc modo furando reddatur, & ideo minori poena dignum sit: pro- pterque hanc sententiam iustinet Majoris a. diffinit. 15. qu. 25. columna 2. versicul. ex isto sequitur, Joann. de Medina C. de restitutione qu. 10. §. occurrit hic casus versicul. ad 2. casum. So- tus lib. 5. de iustit. quest. 3. artic. 3. ad 3. versicul. sed aliud, Mercado lib. 3. de contractibus cap. 4. fol. 129. Covarr. lib. 1. va- riarum cap. 3. n. 12. Corduba summa qu. 70. puncto 2. Baribol. a Medina l. 2. quest. 88. art. 4. ad fin. in solutione ad 3. & ibi Vafquez disput. 146. cap. 2. num. 5. & ibi Zimel, art. 4. dub. pe- nullum, versic. sed obijcit aliqui, Aragon, 2. qu. 66. artic. 6. columna 19. versic. ceterum, fol. 441. Salin. eodem art. 6. contrari. 3. consil. unico, Manual l. 1. summa 2. editione cap. 150. num. 8. couel. & Valencia 2. a. disputat. 5. qu. 10. puncto 5. ad finem. Sayro in clavi regia, lib. 9. cap. 15. num. 2. Forus Ledesma 2. r. summa tractatu 8. cap. 21. in 2. difficultate circa quantitatem ad furum mortale requisitam, Ludovicus Lopez, 1. part. instrum. conscientia cap. 93. columna 2. qu. 2. Nav. l. 3. de restit. cap. 1. part. 1. nova editione disp. 5. an. 52. usque ad 56. Rebullus tractatu de iustitia par. 1. libro 3. quest. 15. sectione 4. num. 30. qui bene hoc limitat num. 33. nili dum ultimum furum admittit, haberet animum saltem virtuale restituendi priora mini- ma furta. Quod ego intelligo, si haberet animum statim restituendi, ut teneatur, quia tunc nullum est notabile da- mnum.

7. Quid autem si post minimum id furum complens notabilem quantitatem, aliud minimum furum admittat?

rat? Rebullus eadem sect. 4. numero 38. refert aliquos tacito nomine dicentes esse solam veniale: at melius ipse ait ef- fice mortale, quod notabile damnum praecedens velit majus efficere.

8. Sed adhuc dubium est, an paulatim furans modica, ita ut accesserit ad notabilem quantitatem, ac proinde mor- taliter peccatur, teneatur sub mortali totam summam re- restituere, an potius evitet mortale retentionis peccatum, re- stituito illud modicum completens notabilem quantitatem ad furum mortale petitam. Quidam existimant teneri hunc furum mortali integrum summam restituere. Ducuntur, quia sub mortali teneatur quilibet notabile proximi damnum re- restituere. Ad id tota summa, non autem unica parte est il- latum. Secundo, quia simul furans totam illam quantita- tem, teneatur sub mortali totum restituere. Nihil autem re- fert bve simul, five paulatim esse furum admittatur. Tan- dem, quia alias facendum esset teneri hunc sub mortali re- restituere levem quantitatem, qualis est illa modica pars. Et ideo hanc sententiam teneatur Joann. a Medina Cod. de resti- tutione, qu. 10. §. occurrit hic casus, versic. ad secundum casum, Corduba summa quest. 70. puncto 2. pauli post principium, & vers. dixique non solo.

9. Ceterum probabilis existimoevitari peccatum lethale illius retentionis, restituendo quicumque illius furti partem, qua restituta cessat notabilis quantitas ad furum mortale petita. Ducor, quia tantum teneatur quilibet sub mortali notabile proximi damnum auferre, quod restituta modica quantitate auferatur. Et confirmatur quia ea ultima modica quantitate non accepta, non esset mortale furum ratione parvi damni proximo illati: tunc ergo neque ea resti- tuta erit mortalis retentio, cum maneat idemque modicum damnum insufficientis ad mortalem culpam. Tandem, quia non obstant in contrarium adducta. Non primam, quia di- stinguenda est minor, tota summa conjuncta damnicata no- tabiliter, scopulativè intelligatur, neganda est; tunc enim verum esset id dicere de qualibet parte: sit autem intelli- gatur conjunctum, seu copulatum, est concedenda: est enim sensus, totam illam summam simul conjunctam inferre no- tabile damnum. Si haec propositio, omnes Apostoli sunt duodecim, copulativè est falsa, sensus enim esset, singulos Apostolos esse duodecim; & copulativè est vera, sensus enim est omnes simul esse duodecim. Quare non sequitur totam summam esse sub mortali reddendam, sed sufficit eam red- dere partem, qua reddita cessat quantitas summae inferens notabile damnum. Non obstat etiam secundum, quia eodem modo diceretur est evitari mortale retentionis culpam, si pars illius summae retenta non sit notabilis, & sufficiens ad mortale. Nec obstat tertium, quia quamvis levis quan- titas per se, & ut levis est, non sit sub mortali restituenda, at tamen ut conjuncta cum reliquis modicis acceptis notabilem quantitatem constituit, & consequenter notabi- le damnum inferat, ac proinde sub mortali est reddenda. Et ideo hanc partem sustinet Alexer lib. de Ludo cap. 16. in fine, Navarra lib. 3. de restit. cap. 1. parte 1. in nova editione dub. 8. a numero 67. usque ad 71. Rebullus de iustit. part. 1. lib. 3. quaestione 15. sect. 4. numer. 39. Sayro in clavi regia lib. 9. cap. 19. numer. 25. & faveat Aragon. 2. qu. 66. artic. 6. colum. 19. versic. ceterum, folio 441. ubi ait hunc teneri sub mortali saltem partem ultimo loco acceptam restituere.

10. Tamen id monerem, quando furta minima sunt val- de notabiliter interpolata, exigi majorem quantitatem, ut tam acceptio, quam retentio sint lethalia, etiam si adver- tantur furta minima praeterita: sic docent Navarr. summa. Lar. cap. 17. numero 139. Grassi l. p. de iust. lib. 2. cap. 93. num. 19. Rebullus eadem sect. 4. num. 37. & explicat exigi duplo majorem, quam simul acceptio fuisset. Aequa exem- plum hujus adhibet Navarr. ut si quis ab eodem furatur alio- quot diebus unius mensis rei minimas, & post transacto alio- diebus, ut ad duobus mensibus totidem, & post aliquot alios totidem, ita etiam in fine trini, vel quatuor annorum con- flaretur summa etiam duplo major, quam sit illa, quae si- mul accepta induceret peccatum mortale, & obligationem sub mortali restituendi, nec acceptio, nec retentio illa est- fent mortalia, si accipiendo parva, non adferret animas perveniendi ad eam notabilem quantitatem. Idem docet Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 12. dub. 8. numero 46. ubi ait, si esset mortale auferre decem simul, vel habendo eum animum, licet modicum sit furum, exigi quidecim, aut etiam viginti, ut sint mortalia accptio, & retentio, quan- do ea modica furta longis intervallis perpetrarentur. Quia homines minus agra fertur ibi auferri longo intervallo, & casu quodam minima, quam eandem quantitatem simul, vel data opera, & vel brevi intervallo. Faveat etiam Manual l. 1. tomo summa, 2. edit. cap. 150. conel. 8. numero 8. ubi di- cens minutatim furantem peccare mortaliter, & teneri sub mortali restituere, dum pervenit ad notabilem quanti- tatem, addit, quando frequenter ita furatur. Immo tanta potest esse interpolatio, ut non videatur conjungi unum furum cum alio, nec unum damnum cum alio, sed quod- libet illorum sit per se considerandum ad discernendum no- tabilem quantitatem ad furum mortale, & restitutionem requisitam, ac si nullum aliud praesensisset, ut si spatium unius anni inter quodlibet intervenisset: & ita viri docti a me consulti censuerunt. Quamvis Rebullus eadem q. 15. sect.

Summa Th. Sanchez Pars III.

4. num. 37. versic. dictum est, asserat continuari, est quatuor annis fiant. Ducor, quod tanta interpolatio non videatur mortaliter loquendo conjungere quantitates illas: quae enim diceret puerum accipientem hoc anno ex vicinis parvam quan- titatem, & anno sequenti aliam modicam, & sic toto vi- tae, curriculo peccasse mortaliter furis minimis ad inter- polatis admisis? Quod & praxis confessoriorum testatur: fa- tentem enim furum minimum nullus confessorius prudens interrogat, an furta minima anis elapsis commiserit.

SUMMARIUM.

An furans a multis modica, habens animum sic multa furandi peccet mortaliter? Refertur quadam sententia, num. 12. Explicatur sententia auctoris, num. 12. An peccet hic mortaliter in quibus furto minimo? num. 13. Quid quando casu sic multa a diversis furatur, non habens animum paulatim sic furandi? Refertur quadam sententia, num. 14. Sententia auctoris, num. 15. Quid quando ea furta sunt in diversis negotii genere, aut inter- polata? num. 16. An exigatur major quantitas ad furum mortale commissum, re- spectu diversorum dominorum? num. 17. An si immemor priorum accptionum furatus est, teneatur con- scius notabilis quantitatis accepta restituere sub mortali? num. 18. Post numerum 18. invenies alia summaria.

11. Quaestio secunda. An quando idem furatur a di- versis, a singulis minima, atque ad peccatum mor- tale insufficientia, at omnia simul furta constituant iusti- cientem peccati mortalis materiam, peccet mortaliter? Haec quaestio potest in duplici sensu dici. Prior est, quando sic furans habuit animum furandi notabilem quan- titatem, a singulis tamen minima. Posterior est, quando est, quando eo animo carens haec furatus est. Et quidem in priori sensu aliqui censent cum esse culpae mortalis im- munem, & accipiendo, & retinendo, ac proinde nul- lum illorum inferatur notabile damnum. Ducuntur, quod nulla injuria sit lethalis. Sic tenet Angelus in moral. cap. 5. idem tenet cum quadam limitatione Joann. a Medina C. de res- tit. qu. 10. §. occurrit hic casus, versic. ad 2. casum nemp. quan- do accipiens esset pauper, nec in fraudem legis, gratia vacandi otio sic furatur, sed quia alias non habet, unde fa- miliam sustentet. Et hanc sententiam dicit Navarr. l. 3. de restit. cap. 1. parte 1. in nova editione, dub. 6. n. 59. in fin. & 67. non adeo improbabile aliquibus videtur, & eam probabilem videtur sentire, cum contrarium solum veriorum appelleret, & Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 12. dub. 7. n. 37. ait posse hanc sententiam sustineri, si illius hominis conditio sit talis, ut alii teneantur ei succurrere.

12. Etiam dicendum est, peccare hunc mortaliter tam, accipiendo, quam retinendo, sive dives, sive pauper sit, dummodo extrema necessitate non laboret, in qua sola id licet. Ducor primo, quod septimum non furandi praecep- tum vetat non solum notabile proximi damnum, sed etiam usurpationem rei alienae, & sic decimum Decalogi praecep- tum, quod est septimi expositio, sic se habet: Non concupis- ces rem proximi tui. Et quoniam finis hujus praecipi sit utatio notabilis damni proximi, hoc speciali eventu cessat, quia tamen non cessat in communi, extat visus praeco- pti. Ergo accipiens quantitatem notabilem a pluribus, etiam si nulli privato notabiliter nocet, peccat mortaliter in hoc septimum praecceptum. Secundo, quia est nulli privato notabiliter nocet, nocet tamen notabiliter toti commu- nitati. Quippe gravis aña artes, & honesta exercitia con- temnendi daretur univeris, si citra culpam lethalem, ac restituendi onus, integrum eis esset dicitere, furando a singulis minima. Et confirmatur, quia ratione hujus da- mni communitatis esset abique dubio lethalis culpa, si ex numerorum aervo a civibus alicubi deposito furaretur qui- spiam notabilem quantitatem, ita ut singulorum esset modica, quamvis singulari minimè notabiliter noceret. Et ex his patet solutio ad contrarium argumentum. Etideo hanc partem tenent Majoris a. d. 15. qu. 25. columna 5. versicul. ad aliud ubi ponit. Sotus lib. 5. de iustit. qu. 3. art. 3. ad 3. versicul. at vero, Mercado lib. 3. de contractibus, 2. 4. fol. 129. Corduba summa, qu. 70. puncto 3. in 4. opinione, Ludovicus Lopez l. part. instrum. conscient. qu. 3. Aragon. 2. qu. 66. artic. 6. colum. antepenult. & Sayro in clavi regia lib. 9. c. 15. num. 27. Valencia. Petrus de Ledesma Vafquez allegandi, num. 73. Manuel l. 1. tom. summa in 2. edit. c. 150. num. ultimo. Navar. lib. 3. de restit. c. 1. p. 1. in nova edit. dub. 6. a. num. 57. usque ad 62. Leonard. lib. 2. de iustit. o. 12. dub. 7. numer. 36. & contra Metinam explicat Corduba, Ludovicus Lopez, Aragon, Sayro, & Manuel Navarra, hoc esse verum, sive furans hic dives sit, sive pauper.

13. Hinc deducitur, hunc peccare mortaliter illa in- tentione, & quovis externo furto minimo ex ejus vi pro- cedenti, quod singula externa furta procedant ex intentione mortifera, sintque ejus executio. Sic Leonardus eodem dubio 7. num. 36. qui bene addit, numer. 40. in singulis fur- ti non

ti non committi novum peccatum mortale, sed continuari...

14 In posteriori sententiando ad notabilem quantitatem, & carens animo perveniendi ad notabilem quantitatem...

15 At dicendum est, hunc peccare mortaliter ea acceptione...

16 Limitat autem Rebelus ea scilicet s. n. 44, quando ea furta...

17 Exigitur autem major quantitas ad mortale, quando quis...

18 Quod si immemor acceptiorem praeiterarum esset, non peccaret...

S U M M A R I U M.

- An quando plures furantur ab eodem notabilem quantitatem, ut singuli modicum, peccent mortaliter, quando concurrunt in una causa? num. 19.

deus hoc minima furantes? num. 29.

19 Quaestio tertia. An quando plures furantur ab eodem...

20 Constat etiam neminem peccare mortaliter, quando non ut coniores, nec ut a causa intrinseca damnum...

21 Tota ergo difficultas est, quando singuli non ut coniores, nec ut a causa furati sunt...

22 Quamvis autem daremus priorem sententiam esse veram, adhuc dicendum esset, si ex illis sic ingredientibus...

23 Sed contra sententia mihi plus placet, quae dicit neminem horum peccare mortaliter...

24 Tandem superest disputare de excommunicationibus, quae feruntur in devalutantes vineas, vel hortos, an comprehendant hos, qui minima furati sunt...

ter, nec teneri sub mortali restituere, supposito, id damnosum...

23 Quamvis autem daremus priorem sententiam esse veram, adhuc dicendum esset, si ex illis sic ingredientibus...

24 Sed an in casu, quo hic excusatur a mortali acceptione, quod notit iam damnus notabilis ab aliis illatum...

25 Praeterea, quamvis daremus priorem sententiam esse veram, & omnes teneri sub mortali restituere, hoc intelligendum est...

26 Tandem superest disputare de excommunicationibus, quae feruntur in devalutantes vineas...

fin. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 20. sect. 2. n. 3. & a. Ludovici Lopez...

27 At retenta nostra sententia, quae diximus num. 22, nullum horum peccare mortaliter, nec accipiendo, nec etiam non restituendo...

28 Primò tamen dico, hos, qui nec accipiendo, nec retinendo peccant mortaliter...

29 Secundo dico, posse Ecclesiam decernere talem excommunicationem, quae velit comprehendere hos minima furantes...

S U M M A R I U M.

- An religiosus minima recipiens, vel expendens, vel usurpans ab ipse licentia ex bonis monasterii, vel aliunde etiam si sit ad emenda comestibilia, peccet mortaliter? num. 30.

30 Quaestio ultima. An religiosus minima recipiens, vel expendens, vel usurpans ex monasterii bonis, vel aliunde, abique superioris licentia, peccet mortaliter contra paupertatem...

Invito superiore, & teneatur religiosus restituere, si furto accipit; at non furto, sed voluntate domini dantis, teneatur tam tradere monasterio. Et sic eodem modo loquitur Navarra, lib. 3, conf. in 1. ditione tit. de regularibus 3, conf. 75. num. 27. in 2. tit. de statu monachorum conf. 3. n. 27. quo de furto, dicens esse probabiliter religiosum hunc peccare mortaliter; at probabiliter non esse mortale, quod idem censet ipse in furto, ut ex ipso retulimus n. 5. Atque hoc intelligo verum, est ad emendam commensurabilem acceptam, quamvis enim in commensurabilibus non continuatur, ut dicitur num. seq. at secus est in pecuniis.

Secundo, si modica sit ex monasterio accepta finit-comensurabilis, & ad proprium religiosum accepta, exillimo furta illa minima non continuatur, & sic non esse, quando pervenitur ad eam quantitatem notabilem. Ducor, quod furta haec minima esculentorum commissa a famulis, & ancillis ad proprios usus, etiam si sensim perveniant ad hanc notabilem quantitatem non sint peccatum mortale, quod domini non ita inviti sint in horum acceptione, & facile concederent, si peterentur, nec tam rigide velint haec prohiberi, ut docent Catechismus sum. verb. furum notat. 1. Nav. sum. c. 17. Latini, n. 138. Hispani, n. 139. Sayro in clavi regia, lib. 9. c. 15. n. 27. in fin. Hammes 2. 2. qu. 66. art. 6. dub. penult. in fin. Navarra, lib. 3. de restit. c. 1. p. 3. in nova edit. dub. 6. n. 200. Leonardus lib. 2. de iust. c. 12. dub. 8. n. 48. Quae rationes similitur in religiosis militent; immo multo fortius, quia non inlar famulorum, aut servorum, sed tamquam filii ex monasterio bonis aluntur. Item, quia in hoc casu admitto sententiam, quam tenent Robellus de iustit. p. 1. lib. 3. qu. 15. sect. 3. num. 2. ubi ait furta religiosorum ex bonis monasterii computanda inlar furcorum, quia a filiis committuntur. Atque ita in propriis terminis docet Grassi, p. 4. de iust. lib. 3. c. 5. n. 31. sententiam viri docti me confute. Dixi autem, quando proprium usus, nam locus est, si ad vendendum, vel dandum alius, sicut Leonardus tractat allegatus limitat in similibus furis famulorum, quia in hoc nulla est voluntas superfluum; nec res illae cedunt ad usus religiosorum, ad quos destinatae sunt.

Immo idem credo, licet religiosus hic haberet animum accipiendi paulatim haec minima ad proprium usum, quia in eo modo sic paulatim haec accipiendi non est ita invitatus superior, quamvis Grassi allegatus num. praecedenti contrarium sentiat.

Quod si simul magnam horum esculentorum quantitatem in propriis usus acciperet, aut haberet animum sic accipiendi, peccaret mortaliter contra votum paupertatis. At credo exigi multo maiorem horum commensurabilium quantitatem, ut sit mortale, quam in aliis rebus, ob rationes dictas duplici num. praecedenti. Quod si quantitas, quanta debeat esse haec quantitas, non potest in omnibus rebus, & in omni evento praescribi, quia attenda rerum qualitate, & circumstantiis aliis, res haec variatur, ut si sint res, quae solent accuratè custodiri ad peculiares necessitates, nec committere cum omnibus expenduntur, ut sint lacaro condita, quae vulgo confervas appellant, minor quantitas sufficit ad mortale, quam in aliis esculentis ad communem usum destinatis. Insuper in his communibus esculentis maior quantitas exigitur, quando illorum est abundantia, eo quod ex conventus fundo percipiuntur, quam si esset penuria, eo quod emerentur. Quare haec quantitas prudentis arbitrio taxanda est.

Dicta autem triplici num. praecedenti limitarem, nisi religio praeparete, aut alia ratione, quid determinatum solum daret religiosus; tunc enim perinde est invitatus superior quoad haec commensurabilia, sicut quoad reliqua. Quare, quando accipiens paulatim pervenit ad notabilem quantitatem in aliis furis sufficientem ad mortale, peccat mortaliter, quia est omnino, & iuste invitatus superior, sicut in aliis furis.

Tandem, quando religiosus acciperet absque superioris tacita, vel expressa licentia haec minima commensurabilia ab externis ea furantes, credo ea continuari, ut in aliarum rerum furis, ita ut sit mortale non solum fur, quia pervenit ad notabilem rerum quantitatem, sed etiam contra paupertatis votum. Quia superior est omnino invitatus, & consensus contradicere acceptioni, immo contradicere tenebatur, at si contradicente superiore acciperet, esset mortale, quando ad eam quantitatem perveniretur. Si vero acciperet ex licentia dominorum, tunc exillimo dandum idem, quod haecenus diximus de accipiente ex monasterio haec commensurabilia. Atque credo maiorem quantitatem exigi, ut simul accepta sit mortale, quam quando accipitur ex monasterio bonis: minus enim hic ex bonis illius infumetur; nec in hoc casu constituto differrentiam, quam num. praecedenti constituit. Quippe cessat ratio differentiae ibi tradita.

CAPUT XXII.

Qualiter religiosus habere peculium aliquod, seu redditibus, ex licentia superioris liceat.

SUMMARIUM.

Peculium appellatur hic res aliqua immobilis, ut angui redditus, & an hoc possit concedi, ita ut a superiore nequeat revocari, vel quando conceditur à Papa, possit inferior revocare, vel possit idem Praelatus revocare, qui se non revocaturum pollicetur? num. 3.

An possit peculium hoc concedi religioso ad quoscunque usus, si non necessarios, sive superfluos, vel si ad solos usus necessarios nulla est iusta causa, quamvis a superiore revocari possit? num. 2.

Quando conceditur à superiore revocabitur ex legitima causa, & ad usus tantum honestos, & pios; & de hoc praeponeatur duplex quaestio disputanda, num. 3.

An hoc peculium possit licite concedi religioso, stando iuri communi antiquiori? Refertur quaedam sententia, num. 4.

Explicatur sententia auctoris, num. 5.

Solvuntur argumenta, n. 6.

Post n. 6. invenies summam, quae desiderantur.

PRæmittendum est, non esse quaestionem de usu pecunie, aut rei alicujus mobilis ex legitima causa per superiorem concessio monachis: nullus enim dubitat hoc posse concedi, ut experientia ipsa testatur, sed nomine peculii, de quo praesens est quaestio, intelligitur res aliqua immobilis, ut anni redditus ex fundo aliquo, aut pecunia in censu tradita percepti. Huius autem peculii duplex est genus. Primum est ita concessum religioso, ut nequeat à superiore revocari. Et de ejusmodi peculio nulla est controversia, sed omnes fatentur, nec à Pontifice concedi posse religioso manenti tali, ut late diximus supra, ubi disputavi, an concessum à Papa possit ab inferiore revocari, vel quando Praelatus promittit se non revocaturum, possit licite revocare, vel quando non promittit.

Secundum peculii genus est, quod Praelatus potest revocare, & impedire; at conceditur religioso ad quoscunque usus sive necessarios, sive superfluos, vel si solum ad usus honestos concedatur, nulla est iusta concessio causa; & de hoc etiam nulla est controversia: fatentur enim omnes nequaquam posse concedi religioso. Ratio prioris partis est, quia nulla Praelatus potest concedere religioso superfluum alicuius rei usum, sed solum honestum, & pium, ut diximus supra. Posterioris autem partis ea est ratio, quia cum hoc sit quoddam quasi proprietatis genus, paupertatemque religiosam aliquantulum dedecet, illamque aliquantulum labefactam, indiget iusta aliqua causa ad sui honestatem.

Ultimum peculii genus est, quod conceditur à superiore ex legitima causa, & ad solos usus honestos, & pios religiosi, edique ad superioris notam revocabile, & de hoc est tota controversia. De illoque duplex est disputanda quaestio. Prior, an sit licite attentio iuri communi antiquo? Posterior an id liceat attentio novo Concilio Tridentini iure?

Quaestio prior. An attentio iuri communi antiquiori integrum sit religionem Praelatis, concedere religiosi peculium, id est, redditus annuos ad nutum superiorum revocabiles, ad solos usus honestos, & pios, itaque ex causa legitima? Duplex est sententia: Prior negat. Ducitur ex cap. Joannes, de regularibus, ibi; Mandamus ne liceat quomodo monachum peculium quampiam habere, & ex c. monachi, de statu monachorum, ibi; Monachi nec peculium permittantur habere, & cap. cum ad monasterium eodem tit. ibi; Prohibemus ne quis monachorum peculium aliquo modo possideat. Quod si aliquis dicat textus hoc intelligi absque superioris licentia, manifestè falsitatis convincitur ex d. c. monachi, verb. qui verè, ubi dicitur, peculium habentem, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, ab altera communione revocandum esse. Ergo aperte loquitur textus etiam cum licentia superioris non licere religioso non habenti administrationem, concedi peculium. Secundo, quia quicumque rei usus contra superioris voluntatem religioso permittitur adversari paupertatis voto, sed Pontifex est supremus religiosorum Praelatus; ergo quantumvis inferior Praelatus cum usum religioso concedat, adversabitur paupertatis voto, tamquam concessus contra supremi Praelati praecipuum in dictis textibus impositum. Tertio, quia religiosus interdicitur paupertatis voto habere proprium; at huiusmodi id peculium, est enim peculiare usui religiosi illius, & sic non commune, sed proprium. Quarto, quia religiosus huiusmodi peculium ex superioris licentia obtinens, praecipuarum paupertatis utilitatem adusam faciet, quippe divitiis haeret, augebiturque aviditas illarum, & à spiritualibus exercitiis facillime negotio avocabitur intentus earum administrationi, & maximeque illas superfluis expendendi ansam habebit, & non servabitur aequalitas inter religiosos, & alij

alij habentibus redditus, aliis autem pauperie oppressis. Et ideo hanc sententiam sustinent Theodoretus, quem refert, & sequitur Carthusianus episcopus de reformatione claustralium, tota art. 13. 14. & 15. Gratianus 1. p. tract. contra praebendarios, reg. D. Augustini, in 2. p. alphabeto 23. literis G. & H. Erynnus tractatus de dispensatione Ecclesiae, concl. 2. corollar. 2. Joannes Mohanus in compendio Theologiae practicae p. 5. c. 20. concl. 3. & A. Felinus c. cum M. p. 26. verb. eadem resumimus, de constitutionibus, Titia auctor. ingressi, verb. ipso ingressu cap. 3. num. 53. C. de sacrosanct. Eclesiæ, & ambo referunt pro Calderiniano, cui de regulari, qui loquitur de solis mendicantibus, quibus redditus aliquos habere solis constitutionibus interdicitur. Quod non est ad rem. Huius etiam sententiae videtur esse Glossa collata cum textu d. cap. monachi verb. administratione.

Posterior sententia (cui tamquam multo probabiliori adhæreo) affirmat huiusmodi peculium iure commune antiquo permittum esse ex licentia superioris. Ducor primo, quod in paupertatis votum minime delinquit, nec praeprietarius sit rem aliquam ex licentia superioris, & ad ejus nutum revocabilem possidem paratque eo revocante dimittere, quia talis non utitur rebus tantum suis, sed ut alienis, cum alieno superioris arbitrio dicitur. Secundo, quia cap. monachi, de statu monachorum, verb. qui verè, permittitur monachis pro administratione inhaec peculium habere; ergo licitum est peculium ex causa legitima. Tertio, quia cap. fin. qui clericus, vel verentes, approbat religiosi profectio habens adiunctam conditionem manendi in propria domo, cum omni sua substantia, quo ad usum illius, cum tamen esset irrita, si haberet conditionem voto paupertatis contrariam, ut explicuimus lib. 5. Et ideo hanc sustinent Innocentius cap. fin. n. 2. qui clericus, vel verentes, Joannes Andreas reg. non est obligatorum à num. 6. de reg. iur. nu. 6. Abb. cap. quod regulam n. 10. de sacerdotibus, & cap. cum ad monasterium nu. 8. de statu monachorum, & cap. nisi esset, nu. ult. de praebendis, Angulus verb. Abb. num. 17. & ibi Sylvestri, quest. 3. nu. 6. disto 7. Decius c. edoceri, nu. 5. de rescript. Turresemata c. non dicitis 12. q. 1. art. 2. nu. 3. Navarra, comment. 2. n. 14. & comment. 3. n. 27. de regulari, & l. 3. conf. in 2. edit. tit. de regulari, conf. 20. n. 5. in 2. tit. de statu monacho, conf. 14. nu. 5. Curadus summa qu. 54. obvio 2. fol. 142. Greg. Lopez, l. 14. verb. proprio tit. 1. p. 1. Navarra, l. 3. de restit. in nova edit. cap. 1. p. 3. dub. 1. nu. 136. Ludovicus Lopez 1. p. infrascripti conscientie, cap. 154. col. 3. verb. iusto licet, Azor, tomo 1. inf. moral. lib. 12. c. 9. q. 2. & 2. tom. lib. 8. c. 7. q. 11. Manual 2. tom. summa cap. 31. num. 3. in initio.

Ad argumenta num. 4. proposita respondetur. Ad primum dico omnes eos textus interdiceret regulariter, & universaliter concedi religiosi peculium propter eorum importunitatem, & leves causas, sed quae ex causis gravibus, & iustis. Ad secundum dico, usum peculii concessum à Praelatis ex iusta causa, minime adversari legi Pontificiae, ut explicuimus in solutione praecedenti. Ad tertium dico, peculium, cujus administratio ex superioris nutu semper pendet, non esse proprium, sed commune, cum dominium eius maneat semper in monasterio, & solus facti usus permittitur religioso. Ad ultimum fateor, eo peculio non minimam paupertatis utilitatem adusam fieri; at non ideo concluditur id voto paupertatis adversari. Nam vovens aliquid ob aliquem finem, non ideo voti transgressor est, quod finem illum non consequatur, sicut qui exigitur à superiore obedientiam, manens immediatè Pontifici subditus, vix obedientiae fructum obtinet, nec tamen ideo dicitur voti obedientiae transgressor.

SUMMARIUM.

An attentio iuri Tridentini liceat idem peculium? Refertur quaedam sententia, num. 7. & 8. & 10.

Explicatur sententia auctoris, num. 11.

An possit id peculium concedi ad usus indeterminatos, & ita ut pecunia sint apud ipsum religiosum, cujus est peculium? num. 12.

An possit concedi religioso privato administratio aliquorum bonorum stabilitum, vel semel, ac de religione benemerito aliqui redditus quotannis? num. 13.

An licita sit religionum consuetudo, ut quotannis dantur religiosi certis redditus ad vitium, ac superiori volenti reformare sit obediendum? Explicatur Tridentinum sess. 25. cap. 1. de regularibus, num. 14.

An sit adversum paupertatis votum resisteri superiori volenti peculium asserere, aut non esse religiosum paratum ad obediendum à se illud ad superioris nutum, & quando religiosus necessarius non suspiciandus? num. 15.

An liceat specialiter censum aureum sibi à seculari traditor, alij dare, ut sibi viventi censum solvat, & post mortem sibi restinet? num. 16.

An peculium debeat esse moderatum iuxta statum religiosi decentiam, & unde hac decipitur notanda sit? num. 17.

Quo pacto culpa liberari vultant religiosi redditus magno habentes, & an quando non liberantur, possit confessoribus rator? num. 18.

Qualiter liceat religioso habenti peculium illud expendere, & an male expendi teneatur restituere, vel ipse recipere, & qualiter ex illo, vel ex aliis occasione ejus acquiratur elemosinam?

An donationem facere liceat? Remittit, numero 19.

Que sit iusta causa concedendi peculium monacho causa, & an maior causa exigatur, quando conceditur ex bonis monasterii, aut proprio labore parvis, aut cum facultate subvenienti cognatis, vel alij? num. 20.

An sit iusta causa concedendi causa, religiosum multa acquirere, aut concessisse monasterio, vel ex iusta causa extra illud vivere, num. 21.

An sit iusta causa habere religiosum administrationem bonorum monasterii, aut esse illius Praelatum? num. 22.

An sit iusta causa ad vitandas querelas, & murmuraciones religiosorum, num. 23.

An sit iusta causa, quando viri dissimili volunt alias proficere, nisi servato sibi peculio? num. 24.

An ad revocandum peculium sit sit licentia superioris illud concedentis, an potius licentia sit à successore confirmanda, numero 25.

An sit causa probare causam concedendi peculii, potestque contra paupertatis votum Praelati religiosus denegante necessaria, & subinde probante causam, ut illi peculium habeant, vel non curantes, ut vivatur in communis? num. 26.

An peccet subditi dantes ansam, ut illis permittantur pecunia? num. 27.

Solvuntur argumenta, num. 28.

Quaestio posterior. An ejusmodi peculium, quod attentio iuri antiquo dicitur religiosi posse concedi, possit quoque attentio novo Tridentini decreto sess. 25. de regularibus, atque ita jus superius maneat incorruptum? Duplex sententia. Prior sustinet, id tam non esse licitum, atque adeo correctum jus communi. Ducitur, quia id videtur clare interdictum in eo decreto ibi; Non nisi regularium tam virorum, quam mulierum licet bona immobilia, vel mobilia, existimantur qualitatibus fuerint, licet quovis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nempe conventus possideri, vel tenere, sed statim ex superiori tradantur, & conventus incorporantur. Ne deinceps liceat superioribus bona stabilita alicui regulari concedere, etiam ad usum fructuum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventuum ad solos officiales eorumdem ad nutum superioris amovibiles pertinet; mobilium vero usum ipsi superiores permittant, ut eorum fructus sicuti paupertatis, quam professi sunt, conveniant, nihil quando superfluum in ea sit. Ubi ponitur ea verba, tamquam propria aut etiam nomine conventus possideri, ubi clare interdicitur etiam tamquam aliena, & conventus propria possidere, sed jubet ea statim conventui incorporari. Pondero etiam ea verba stabilita etiam ad usum. Et si intelligis de usus ad religiosi libitum, ac superfluum, vnum esset discrimen in eo decreto traditum inter bona stabilita, & inter mobilia, cum haec permitti concedat ea lege, ut statum paupertatis decant. Secundo, quia Tridentinum ibi statuit administrationem bonorum conventus solis eius officialibus permittendam. Tertio, ex eodem Tridentini, eadem sess. 25. cap. de reg. ibi; Praecipit, ut omnes regulares, tam viri, quam mulieres, ad regula, quam professi sunt, praescriptum vitæ instituant, & continent; & ante dixerat veterem regularem disciplinam jam collapsam esse instaurandam. At universae religionum regulae, aut ferè universae in prima sui origine haec peculiaria interdixere. Quarto, quia id suadet ratio, quia ductum Tridentinum peculia haec interdixit, quae sunt tum ad extirpandos abusus ex huiusmodi peculiorum concessione subsequi solitos, tum etiam ob proprietatis speciem in hac peculii administratione latitantem. Tandem, quia cum etiam attentio iuri communitanti quoque res haec decisa non esset, sed ubi iudice (ut vidimus) non est cur cogamur gratia correctionis juris vitandae explicare id Tridentini decretum aliter quam sonat, ac ejus verba in sensum proprium retorquendo. Et ideo huius sententiae sunt Palatinus 4. d. 38. dist. 1. ad fin. in solut. ad 9. Corduba summa q. 54. fol. 147. verb. lo tertio digo, Thomas Zerola in praxi Episcopali p. 1. verb. moniales verb. ad 2. Concilium ibid. asseritque ibi sic declarasse Cardinalium Congregationem Passarellus in privilegio fratrum Minorum post c. 43. tit. de proprietate alienanda; paulo ante fin. verb. ubi est prius advertendum. Titia autè, ingressi verb. ipso ingressu c. 3. n. 55. C. de sacrosanct. Eclesiæ, Molina tom. 2. de iust. disp. 276. col. penult. verb. utram autem. Manuel 99. reg. tom. 3. q. 29. art. 12. & tom. 2. qu. 47. art. 15. in fin. & in summa tom. 1. in 2. edit. c. 90. n. 9. concl. c. 1. n. 3. verb. lo tertio digo. Leonardus lib. 2. de iust. c. 4. dub. 5. nu. 30. Navarra lib. 3. de restitutione cap. 1. in nova editione part. 3. dub. 1. numero 167. Ludovicus Lopez 1. part. infrascripti conscientia cap. 155. col. 3. verb. tertio additur. Azor, tomo 1. inf. moral. lib. 22. cap. 9. quest. 2. Valencia 2. 2. disp. 1. quest. 4. puncto 3. col. 2. corol. 4. Vega 2. tomo summa cap. 32. c. 19.

Hanc sententiam temperant Valentia, Vega numer. praedenti allegat, & Manuel 1. tomo summa in 2. edit. cap. 90. num. 9. concl. 4. nisi monasterium ita pauper sit, ut ex communibus redditibus nequeat religiosus satis providere; tunc enim licentur peculia: & idem ait forsan esse verum Manuel 99. reg. tomo 2. quest. 47. art. in fin. subdens se id non asserere.

Secundo limitant Corubia, Navarra numer. 165. & 166. Ludovicus Lopez numer. 7. allegat, & Manuel 2. tomo summa cap. 31. numer. 3. verb. lo tertio digo, ut tunc non liceat quando